

Heinrich Rahn Ernst Cregel


Disputatio Iuridica De Legibus

Rostochii: Kilius, 1650

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn766616339>

Druck Freier  Zugang






Ja - 1143 1-58.
Z 16.7

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

42.18



DISPUTATIO
JURIDICA

DE

LEGIBUS

Quam

NUMINE OMNIPOTENTIS
DEI ADJUVANTE,

SUB PRÆSIDIO

Viri Amplissimi, Consultissimi, & Clarissimi

DN. HENRICI RASCHER/

J. U. D. & Professoris P. celeberrimi,

Præceptoris sui perpetuò reverentiæ
cultu honorandi,

Publicè examinandam

proponit

ERNESTUS CREGELIUS,

Ultzâ-Lunæburgicus

Aut. & Resp.

*Habebitur, DEO juvante, perendie ad diem 31. Decembr.
horis matutinis in Auditorio Majori.*

•(o)•

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.

Anno M, DC, L.

DISPUTATIO
IURIDICA

DE

LEGIBUS

QUAE

NUMINE OMNIPOTENTIS

DEI ADIVANT

ANNO 1750

MDCCCLXII
D. N. HENRICHUS

Universitäts
Bibliothek
Rostock

BREITERS GRABEN

1750

ANNO 1750


Dr. phil. Henrichus
Rostockensis

1750

ROSTOCKII

THE NICOLAUS KILIANUS

1750



IN NOMINE SANCTÆ ET IN- CONVULSÆ TRINITATIS!

THES. I.

DE LEGIBUS ex Virtute prodeuntibus & ad Virtutem ducentibus *Piccolom. gr. 10. c. 4. Idem in Comit. Polit. par. 5. p. m. 1067. Aristot. 1. Ethic ult. & 2. Ethic. 1. in præsentia actorus, primùm breviter illarum necessitatem delibabo, quæ eò magis apparet, quò LEGES magis ab uniuscujusq; Reipublicæ partibus desiderantur. Partes autem tres præcipuæ à Philosopho constituuntur, à quarum incolumitate pendet incolumitas Reip; ex pravâ verò earum affectione exitium 4. *Polit. 14. εστ δὲ, τρία μέρη τῶν πολιτικῶν πασῶν, ὧν ἐχόντων καλῶς, ἀνάγκη τὴν πολιτείαν εἶχειν καλῶς. Ἐν μὲν τὸ ἐσλευόμενον περὶ τῶν κοινῶν. δεύτερον δὲ τὸ περὶ τὰς δεξιάς. τρίτον δὲ τὸ δικάζον.* Prima pars Consiliaria est, seu ἡ βουλὴ Consilium vel Senatus, de rebus communibus sive ad bonum publicum spectantibus deliberans & consultans. Quanam autem consultatio destituta arte æqui & boni Jure scilicet *l. 1. ff. de Just. & Jur. a. q; fulcro LEGUM* quæ discernunt honesta & turpia; quæ sunt norma & regula justî & injusti *l. 2. ff. de LL* non facillimè mole ruet suâ? Hinc merito Imperator Justinianus amat uti Consiliario LEGEM & JUSTITIAM cum puriservante manibus *Novel. 17. c. 5. §. 2. Quid quod hæc pars Consiliaria consultare teneatur περὶ τῶν νόμων de Legibus Aristot d loc. nedum illas postponere? Sicut enim Architectus toti obesse potest ædificio, nisi ad amussim ascjat & coordinat; ita nisi secundum normam LEGUM consilia sua instituant Consultantes in publicum, toti sæpè Reip. maximum afferunt detrimentum, Ex fide igitur & veritate, imprimis Justitiâ & LEGIBUS consulere debent sine fuce, ne Jehonadabi 2. *Samuel. 13. v. 5. Achitophelis 2. Sam. 16. ver. 21. Cambysisq; Consiliatorum de quibus Herodot. lib 3. vestigia impiè premant. Secunda pars est Imperans s. περὶ τὰς δεξιάς i. e. Magistratus ὅσαις ἀποδέδοται βυλεύσαι.***

A

ταῖς

θαί περὶ πινῶν, καὶ κρῖναι, καὶ ἑπιτάξαι καὶ μάλιτα τῶν quibus
 concessum est de quibusdam deliberare & judicare & imprimis imperare.
Arist. 4 Polit. 15. Jam verò in tantum abest ut Magistratus sine LEGI-
 BUS esse possit, ut expediat LEGEM Magistratui præesse, partim ut nor-
 mam secundum quam Imperium suum conformare queat, partim ut
 frenum quo affectus ipsius còèrceantur *Beold. in dissert. de præm. pæn. &*
Legib. cap. 6. Licet enim LEGES Magistratu indigeant, hic tamen earum
 Dominus esse non debet, καὶ εἰ πινὰς ἄρχειν βέλπουν, τῆς κατα-
 στατικῆς νομοφύλακας καὶ ὑπηρετίας τοῖς νόμοις si quosdam imperare
 præstat, illi ita sunt præficiendi, ut custodes Legum, illarumq; ministri
 sint *Arist. 3. Polit. 16.* Quicumq; igitur jubet imperare τὸν νόμον i. e. LE-
 GEM tanquam mentem divinam seu effatum mentis divinæ quia ex
 ratione Lex ortum trahit, quæ ratio est divinæ particula auræ, ille jubet
 imperare τὸν θεὸν καὶ τῆς νόμος; sicut contra jubens imperare Magi-
 stratum ut homines πρὸς τιθῆσι καὶ θελίον adjungit belluam *Aristot. d.*
loc. Cupiditas enim hominem quasi in belluam mutat, dum rationem
 ejus in captivitatem ducit. Quinimò penes Magistratum plena Legis
 actio est l. 4. ff. de adoption. l. 1. C. eod. Lege enim agere non tantum par-
 tium erat sed & Magistratus, qui secundum Legum aut JCorum præ-
 scriptum negotia expediebat *Barb. in τὰ πρῶτα sub tit. SE CUNDA*
 DIVISIO JURISDICTIONIS IN voluntariam & contentiosam n. 7.
 Superest tertia pars judicans sc. vel δικαστήριον seu δίκη, κρείς τῆ δι-
 καίε καὶ ἀδικίε 5. *Ethic. 10.* Causas forenses legitime cognoscens & di-
 judicans vid. *Arist. 4 Polit. ult.* Et in hæc LEGES familiam ducunt i. pro-
 pter iniquitatem & malitiam Judicum, ἥτε γὰρ ἐπιθυμία ἀνθρώπων καὶ
 ὁ θυμὸς ἀρχοντας ἀεὶ ῥέφει καὶ τῆς δρις ἀνδρῶν 3. *Polit. 16.* VE-
 rum τῶ νόμῳ παθητικὸν ἔχ ὑπάρχει, ψυχὴν δὲ ἀνθρώπινην ἀνάγκη
 τῶν ἔχειν πῶσαν 3. *Polit. 15.* Ut ut enim quid justum sit interdum sen-
 tiant, affectuum tamen servi pleriq; sunt, & vel favore, vel odio vel ami-
 citia ducti contra jus & Justiciam sæpè pronunciarent, nisi LEGES rectè
 lata illis habenas injicerent, quia ἀνευ ῥέξεως νόσ ὁ νόμος ἐστὶ 3. *Pol. 16.*
 2. propter eorundem ignorantiam & inconstantiam, cum quia nebulâ
 mentis acumini post lapsum obductâ non intelligunt sæpissimè quid re-
 ctum sit quid honestum, & ita cerebrinas ferrent sententias, tùm quòd
 alias

alias in una eademque causa non uno sed diverso saepius pronunciantur modo: Confecerunt namque, *οἱ ἐν ταῖς πολιτικαῖς δεχαῖς, πλὴν πρῶτον* per affectionem & gratiam Arist. d. loc. LEGES autem cum omnibus semper una atque eadem voce loquuntur Cicero. 2. de Offic. p. m. 83 Ut verissimum sit illud Annibalii Scoti ad lib. 3. Annal. Tacit. ibi: at postquam exui æqualitas &c. inveniuntur: Inter omnes hominum laudabilium species maximam digni sunt laude privati LEGUM inventores. Qui si non primum inter mortales, certe secundum Dignitatem merentur locum. His adde l. 1. & 2. ibi: Lex inventum ac munus Dei est ff. de LL. & ibid. Bacchov. in *πεῖρα* n. 4. l. 25. ff. eod. l. 9. l. 10. C. eod. Nov. 26. c. 1. in fin. Nov. Leon. 19. pr. Nov. Leon. 36. pr. is præm. Inst. pr. Const. de Justinian. Cod. confirm. pr. & ibidem Accurs. Ordnung des Regiments zu Augspurg de Anno 1500. pr. ibi: Wann aber austwendiger Krieg &c. Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg de Anno 1522 præm. ibi: Dieweil aber die Gesez gemeiner Recht &c. Aristot. 1. Polit. 1. in fin. 5. Ethic. 3. 1. Rhetor. 1. libr. de mundo c. 6. multumque aliis in locis. Cicero de LL. is. 2. Offic. p. m. 83. & in orat. pro Cluent.

2. Sed sufficit earum necessitatem saltem attigisse, ad rem ipsam descendendum est. Cum vero æquivocum ante sit distinguendum, quam ad ejus definitionem per quam *ἕκαστον γνωρίζομεν* Arist. 2. Metaph. 3. perveniamus; lex quot accipiat modis erit præmittendum.

3. Lex itaque; vel à legendo propter delectum consultatione & consensione aliquam honestarum rerum & rejectionem turpium Piccolom gr. 10. c. 25. Wesenbec. in § Lex est 4. Inst. de l. N. G. & C. Cicero. 1. de LL. ubi ait: Ego legem à legendo appellatam puto, nos delectus vim in lege ponimus; vel à ligando dicta, quia obligat l. 2. l. 7. ff. de LL. *ergo tit. de jur. & fact. ignor. l. 7. ff. de jur. patronas. l. 8. 9. 10. C. de LL. Nov. 1. c. 1. in fin. c. omniū autem 4. dist. 3. c. quis autem 11. dist. 10.* (qua Græcis νόμος dicitur aut *νόμος τῆς νέμεως* à tribuendo quia tribuit unicuique; quod suum est argum. 5. 3. In. de l. & l. 1. ff. eod. Cicero. 1. de LL. aut *νόμος τῆς νῆς* mente quia à divinâ mente prodiens per humanam manat unde Plato 12. de LL. inquit, *legem obtinere nomen simile nomini mentis*) duplicem habet formam 1. Extrinsicam, quatenus est nuda voluntas & decretum illius qui habet Majestatem 2. Intrinsecam quatenus illud superioris decretum consensit cum mandatis Dei, jureque naturali, & ad communem utilitatem.



rendit. Illa æquivocè tantùm dicitur Lex, nam si nudù populorum jussis, si Principum decretis, si sententiis Judicum jura constituerentur: jus esset latrocinari: jus adulterare: jus testamenta falsa supponere, si hæc suffragiis aut scitis multitudinis probarentur Cicer. 1. de LL. Hæc perfectissima est.

4. Ex jam dictis autem patet, me in præsentia acturum de Lege humanâ & Civili Legibus Divinis & gentium congruâ. Lex enim Providentiæ quam Seneca de Provident. cap. 1. vocat æternam; & Piccolomini grad. 10. cap. 23. legem legum non hujus loci est: Describi interim potest, quòd sit certus ordo & justa dispositio, DEI providentiâ quæ universis præest Senec. dic. cap. 1. rebus naturalibus tributa, quâ non incidunt cuncta, sed veniunt Senec. de Provid. cap. 5. De hæc etiam Cicero venit intelligendus 2. de LL. dicens: Hanc igitur video sapientissimorum fuisse sententiam, legem nequâ hominum ingenis excogit atam, nequâ scitum aliquod populorum, sed æternum quiddam, quod universum mundum regeret, imperandi prohibendiq; sapientia. Ita principem legem illam & ultimam mentem esse dicebant, omnia ratione aut cogenti aut vetanti Dei: ex quâ illa lex quam dii humano generi dederunt, rectè est laudata. Idem 3. de LL. hanc appellat supremam legem, nam & hic, inquit (mundus scilicet) Deo pareat, & huic obediunt maria, terraq; & hominum vita jussis supremæ legis obtemperat.

5. Porro Lex humana & civilis sumitur 1. latissime pro omni regulâ sive justâ sive injustâ. Sed ejusmodi leges injustum quid continent, quales nonnullæ fuerunt apud Persas, Ægyptios, & Græcos. nullo modo legis nomen merentur. Et de illis verum est illud Ciceronis 1. de LL. affirmantis, stultissimum esse, existimare omnia justâ esse, quæ scita sunt in populorum institutis aut legibus Quam acceptionem hinc procul relegamus 2. latè. pro præcepto honesto l. 1. 2. & 7. ff. de LL. sive scripto sive non l. 1. C. ne fidejuss. vel mandat. dor. dent. 2. pro pactis sive conventionibus contractui additis seu pro ipsâ contractus formâ l. 23. de R. I. ibi: legem (i. e. formam & temperamentum) contractus dedit: quia ejusmodi pacta honesta etiam & æqua esse debent d. l. 22. ibi: excepto eo &c. l. 15. ff. de condition. institut. argum. l. 26. l. 123. de V. O. l. 4. C. eod. Hinc Lex contractus dicitur l. 8. de præscr. verb. item Lex Locationis l. 14. locat. cond. quæ est forma locationis l. 7 §. 3. solus. matrim. it. lex conductionis §. ult. Inst. de loc. & conduc. 3. Strictius pro omni jure expresso consensu sancito, quo sensu consuetudini opponitur §. 9. §. 10. In. de I. N. G. & C. l. 9. de l. & l. 1. 32. de LL. 4. Strictissime pro specie Juris Romani scripti, quam

quàm populus Senatorio Magistratu interrogante veluti Consule con-
stituebat. §. 4 In de I. N. G. & C. & opponitur Plebiscito, Scto &c. Et
has 3. posteriores acceptiones genuinas agnosco.

6. Cum verò, ut dixi, me iam sit instituti, agere de humanis & Ci-
vilibus Legibus quatenus cum Divinis & Gentium conveniunt; brevi-
bus etiam ante definitionem illarum de Divinis agere Legibus mecum
erit, utpote sine quibus (moralibus scilicet) nec humana hodiè quid va-
lent c. Imperatores 1. vers. quicumq; ergò dist. 9 Lex quippe Imperatorum
non sit supra Legem Dei sed subtus c. lege Imperatorum 1. dist. 10. nec li-
cet Imperatori vel cuiquam Pietatem custodienti aliquid contra divina
mandata præsumere nec quicquam quod Evangelicis Propheticis aut
Apostolicis regulis obviet agere. non licet 2. dist. 10. Sicut enim in po-
testatibus societatis humanæ major potestas minori ad obediendum
præponitur: ita Deus omnibus c. qua contra 2. dist. 8.

7. Divinæ igitur LEGES sunt vel certi, vel perpetui temporis.

8. Certi temporis sunt tam Ceremoniales, quàm Forenses sive Stã-
tuta & Judicia, uti vocantur Deut. 6. vers. 1 Illæ à Ceremoniis i. e. exter-
nis actionibus & ritibus circa sacrificia totumq; cultum Leviticum sic di-
ctæ, umbra saltem fuerunt corporis CHRISTI adventuri, & ideo nos
non obligant Jer. 31. vers. 31. Matt. 11. vers. 13. Matt. 12. vers. 7. & 8. Mat. 23.
2 vers. penult & ult. Act. 15. vers. 1. 2. 9. 10 Hebr. 10. vers. 1. scilicet quoad
usum & externam observationem, non quoad significationem, nec quoad
scripturam sive lectionem Conrad Dieter. in Inst. Catec. de Decalog.
sive Lege pag. m. 73. Adventante enim corpore umbra evanescit Colos. 2.
vers. 17. Hæ Politiæ Judaicæ actiones & judicia concernentes neq;
nos hodiè stringunt absolute & simpliciter Gen. 49 10. Matt. 22. 21. Rom.
13. 1. quia fuerunt ad unum & solum populum Judaicum directæ, & ad
terræ Canaan circumstantias, illiusq; loci conditionem attemperatæ. O-
mnes autem Leges debent ferri pro naturâ populi & conditione cujus-
eunq; regionis Arist. 2. Polit. 6. cujus verba digna sunt quæ apponantur:
δὲ ἅ τὰ νόμοι ἐστίν, inquit, πρὸς δύο βλέποντα πρῶτον πρὸς τοὺς νόμους, πρὸς τὴν
τὴν χώραν, καὶ πρὸς ἀνθρώπους, ἐπὶ ἧ καλῶς ἔχει πρὸς εἶναι καὶ πρὸς
τὸς γειτονίαντας τόπους, εἰ δὲ τὴν πόλιν τὴν βίον πολιτικόν. Piccolom. gr.
10. c. 26. c. non debet 8. ext. de consang. & aff. Reformation guter Pö-
tten zu Augspurg de anno 1530. sub tit. von reyhigen Knechten und Dienst-
botten ibi: wie dieselbig nach eins jeden Lands gelegenheit &c. nisi quid

de moralibus participant v. c. quando præcipiunt puniendi esse maleficia, eatenus enim non sunt abrogatæ, quia tunc ligant non ut Forenses sed ut Morales.

9. Circa Forenses hic, antequam ad Morales veniam, lubet Quæ-
re An Judæi in nostro Imperio viventes ad aliarum quàm Legum sua-
rum forensium observantiam cogi possint? Quod A. Communi enim
nostro jure utantur, quatenus vivunt in nostrâ Rep. l. 7. & 8. C. de Jud.
& Cælicol. Secus autem se res habet in Legibus nostris Ecclesiasticis: de
infidelibus 4. extr. de consanguin. & affin. c. gaudemus 8. extr. de divort.
Exclusi enim Ecclesiâ hujus Legibus subesse nequeunt. Ad hæc, impera-
mus illis ut Politici. Cæterùm si illis cum Christiano lis sit, hujus forma
utut actoris sequi tenentur l. 15. C. eod. quod contra l. 2. l. 5. C. de jurisd.
civ. judic. l. ult. C. ubi in rem act. Et si volunt contrahere cum Chris-
tiano in scriptis fiat hoc coram Magistratu Christiani N. A. zu Augspurg
de anno 1551. §. Diesem zu bezeugen

10. Perpetui temporis est Lex Moralis, quæ, cum sit Doctrina à Deo
tradita, præcipiens quales nos esse, & quæ facere, quæ omittere oporteat,
requiratq; perfectam obedientiam erga Deum; omnes & singulos obli-
gat; adeò ut nullius Principis aut Magistratus, multò minus Romuli Ty-
ranni decreto immutari, nedum criminis, quod hæc lege capitale est, gra-
tia fieri debeat. videatur Niell. disput. feud. 11. th. 2. tit. d. ibi: Hinc cui-
bet judicandum, quàm rectè sæpè hodie Principes & Magistratus &c. Dei
enim jussa contempnens seipsum crudeliori gladio trucidat & duo malat.
dist. 13. Quinimò Moralia mandata ad naturale jus spectant, atq; ita nul-
lam mutabilitatem recepisse monstrantur per Deuter. 17. 18. & 19. Jos. 1. 8.
c. non est ult. vers. Moralia dist. 6. per c. non licet 2. dist. 10. c. super eo 4.
extr. de usur. Dn. Keinf. de regim. secul. lib. 1. clas. 5. cap. 6. n. 30. ibi: qua-
tenus tamen divini jurû non refragatur autoritas.

11. Hujus Legis Moralis quatuor facit attributa cõjunctim concurrentia
Clariss. Dn. Keinf. de regim. secul. lib. 2. cl. 2. cap. 2. n. 3. & 4. 1. ut cum lege
naturæ conveniat c. omnes leges 1. dist. 1. quæ prior lege Morali est, & cû illa
Lex Naturæ scilicet, violaretur per Adamum, præscriptum novæ Legis
moralis scil. necessarium fuit Polydor. Vergil. de Rer. inv. lib. 2. cap. 1. p. m.
191. 2. ut eadem in N. T. repetatur sub præcepti nomine 3. ut causa ob
quæ lata est communis sit & perpetua ratione loci temporis & personarum
4. ut ad omnes homines etiam gentiles accommodetur,

12. Sed

12. Sed de Divinis, quantum ad præsentem disputationem requiritur, satis dictum est: Ad humanas & Civiles progredior: quarum definitio est investiganda. Duplex autem illarum definitio dari potest: Absoluta & Respectiva.

13. Absoluta est, quod sint regula ex naturali ratione & discretionem per divinam mentem fluens, ad id quod rectum est obligans.

14. Dicitur *absoluta*, quia absolute ostendit, qualis Lex in thesi esse debeat. Additur autem *quod sint regula ex naturali ratione & discretionem*. Omnis enim Lex Civilis & statutum esto rivulus ex fonte naturalis rationis deductus. *Duaren. ad l. 1. ff. de pact. Ernest. Cothm. ad tit. C. de LL. num. 50. & 53.* Naturæ quippe vinculum arctissimum inter homines Patris simul voluntatem & Principis auctoritatem superat *Valer. Max. lib. 7. c. 7. §. item M. Anei p. m. 183.* Quam habentes Ethnici cum neglexerint & fuscari passi fuerint, ἠλλάξαν τὴν δόξαν τῶ ἀφάρτεθ θεῶ ἐν ὁμοιωμάτι ἐκόν & φθάρτεθ ἀνθρώπων, καὶ πετεινῶν καὶ τέτραπόδων, καὶ ἑρπετῶν *Rom. 1. ver. 23.*

15. Ex illâ autem naturali ratione primariò prodeunt Leges Naturales seu Jurisgentium, quas cum ipso genere humano rerum Natura prodidit §. II. *Inst. rer. divis* & naturalis ratio inter omnes homines constituit §. I. *Inst. de I. N. G. & C.* (quam rationem *Cicero. 1. de LL.* vocat *summam, insitam in naturâ* quæ confertur cum aliâ ratione, quæ quasi involuta est, & ratiocinando evolvenda *Caspar. Aldenac. ad d. §. 1.* quâ de re videatur etiam *Arist. optimè differens 6. Ethic. 2.*) quæ ratione naturali inter omnes homines peræquè servantur *I. de acquir. rer. dom.* divinâ quâdam Providentiâ constitutæ §. II. *Inst. I. N. G. & C.* & cordibus hominum insculptæ *Rom. 2. 15.*

16. Dico *leges Naturales seu Jurisgentium* quia Leges propriè ad homines pertinent. Cum autem jus naturale refertur ad actus qui hominis sunt proprii, nec communes cum reliquis animantibus, tunc jus naturæ pro jure gentium seu humano est accipiendum. vid. text. l. 1. *ibid.* cum naturalis sit & omnium gentium *ff. locat. cond. Wesenb. ad §. II. Inst. de R. D. ex Castrens. in l. 1. pr. de pact.* Et licet jus naturale esse statutam, quod natura omnia animalia docuit *pr. Inst. de I. N. G. & C. l. 1. §. 3. ff. de I. & I.* scilicet non præmonstratione rationis, sed instinctu appetitus *Wesenb. ad d. §. pr.* seu materialiter non formaliter *Hunn. ad d. pr.* vel quia in nonnullis brutorum actibus simulacra quædam juris apparent *Bacchop. in primam partem II. sub tit. de JURE n. 6. Dn. Schuobel. disp.*

disp. I. in II. th. 7. eandē tamen definitionem legibus tribui posse non arbi-
 tror. i. quia νόμος ἀναγκαστικὴν ἔχει δύναμιν, λόγος ἀνὰ τὸ πν. Φε-
 ρήσεως κ. vñ lex vim coactivā habet, oratio ex prudentiā & mente profecta
 10. *Ethic.* 10. At brutorum appetitus naturales posse cogi nemo facile
 dixerit, quia destituntur prudentia & ratione que est de rebus humanis
 divinisq; (quatenus tamen ad nos spectant) verum iudicium ac sensus
 Lipsius l. I. de const. c. 4. Tunc enim demum ex rectā ratione agitur,
 ὅταν τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς μὴ κωλύῃ τὸ λογικὸν ἐνεργεῖν τὴν
 αὐτῆς ἐνεργειαν quando animæ irrationalis pars non prohibet rationa-
 lem suam exercere actionem *Arist.* 2. *magn. mor.* 10. Rationalis autem
 pars animæ prorsus in brutis desideratur *vid. Arist.* 1. *Ethic. ultim.* 2. quia
 bruta non habent prælectionem ἔγὰρ κοινὸν ἢ περιαιρέσις κτ' τῶν
 ἀλόγων *Arist.* 3. *Ethic.* 4. E. nec ex maleficio obligari possunt. Obliga-
 tio autem præcipuum Legis est munus. 3. Animalia bruta injuriam fa-
 cere non possunt, quia sensu carent i. e. intellectu §. 2. *In. si quadr. pau-*
per. fec. dic. l. 1. §. 3. ff. eod. E. nec secundum leges ex damno dato puni-
 ri possunt. Punire autem legis virtus est l. 7. ff. de LL.

17. Ex jam dictis igitur manifestum est, leges quasdam reverā na-
 turā esse, nec omne jure ex opinione & utilitate fluxisse ut quidam statu-
 erunt, inter quos etiam *Horat. lib. 1. Sat. 3.*

Atq; ipsa utilitas justī propē mater & equis

Rectius Philosophus 5. *Ethic.* 10. τὸ πολιτικὸν δίκαιον Civile jus dividit in
 τὸ μὲν φυσικὸν τὸ πανταχῶ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν naturale quod
 ubiq; & apud omnes homines eandem vim habet τὸ δὲ νομικὸν & legi-
 timum. (ubi notandum jus Civile apud Philosophum latius sumi
 quàm apud JCtos, quando illud pro eo sumunt quod ex unaquaq; Civi-
 tate appellatur veluti Atheniensem §. 3. *Inst. de I. N. G. & C. §. 2. eod.*
 & eatenus jus naturale sub civili non comprehenditur. Ideo autem Ari-
 stoteles naturale jus facit speciem civilis juris, quatenus homo naturæ in-
 stinctu impellitur ad civilem societatem colendam *Magis. ad cap. 10.*
s. Ethic. ἀνθρώπων γὰρ φύσει πολιτικὸν ζῶον 1. *Polis.* 2. Vel potius
 dicendum est, per τὸ δίκαιον πολιτικὸν intelligere Aristotelem jus quo
 utitur Respublica. Et utitur verò Respublica partim communi omnium
 hominum jure quod est naturale, partim suo proprio quod est legiti-
 mum & positivum l. 9. ff. de I. & L. & alio sensu etiam Civile dici solet.)
 Item

Item magis hæc sapit Cicero *l. de LL.* dicens; Omnium qua in hominum doctorum disputatione versantur, nihil est profectò præstabilis, quàm planè intelligi nos ad justitiam esse natos, neq; opinione sed naturâ constitutos esse jus. Idem paulò post: Hæc autem in opinione existimare, non in naturâ ponere dementis est. Et pro Milon; Est nobiscum nata lex; quam non didicimus, accepimus, legimus, verùm ex naturâ ipsâ arripimus, hausimus, expressimus: ad quam non docti sed facti: non instituti sed inheriti sumus. p. m. 247. Imò hæc adversariorum sententia impingit in tria præcepta juris §. 3. *In, de l. & l. l. 10. ff. eod.* nobis insita & naturâ nota ex quibus jura fluunt omnia. Sunt enim illa regulæ communissimæ, (sic dicitur quia plurimæ ad hastianquam generaliores referri possunt,) & prima quasi juris dictata, quibus velut normâ quâdam examinamus quid justum sit, quid injustum vid. *Lindem. in histor. jur. Rom. tb. 1. & seq. Schnebel. disp. 1. in II. tb. 17.*

18. Leges Naturales abrogari i. e. prorsus tolli *l. 102. de v. S.* nequeunt; in naturâ enim seu virtutibus naturalibus in creatione & consequenter per generationem hominibus concessis, & ratione positæ sunt: Igitur non solumus lumen in oculis manet idem, donec natura hominis effincolumis; ita notitia naturalis in mente manet eadem; sed major est æqualitas firmitas est notitia hujus, quia est radius divine lucis, congruens cum normâ divina mentis æternâ & immotâ, quam DEUS nequaquam vult mutari *Philip. Melan. lib. 2. Epitom. Philos. Moral. sub tit. de usitatâ definitione justitiæ p. m. 93.* subrogari tamen i. e. adjici illis aliquid vel etiam inflecti illas *fragm. Ulpian. tit. 1. §. 2.* posse statuo, Hanc autem inflexionem, in hypothesi seu pro parte sustinent, dum in quâdam Rep. ad Cives accommodantur, in se tamen consideratæ & in thesi seu in totum immutabiles manent. Et hoc est quod *Dd.* dicunt, leges Naturales posse alterari, modificari & declarari. Huc facit *l. 6. ff. de l. & l.* ubi non ineleganter jus Civile definitur, quod neq; in totum à naturali vel gentium recedit, nec per omnia ei servit. Et constat ex *Physicis*, ea, quæ naturâ constant, habere principium partim accretionis decretionisve, partim alterationis vid. *Instit. Physic. Jacobai lib. 2. cap. 2. & ibidem Zeisold. lit. b.* Facilius autem mutari possunt Leges juris gentium secundarij.

19. In tantum verò Leges Naturales abrogari non possunt, ut nec in Principe (quanquam si contra leges Civiles motu proprio cum Justitiâ & salvo jure tertij aliquid statuat, justâ causâ moveri videtur *l. 4. in fin. de pen.*

B

pen.

paen. l. 23. de leg. 3. c. cum nobis 28. in fin. extr. de testib. & adtestation. testis in Clementinâ unic. de probas. illis enim solutus est l. 31. ff. de LL. d. l. 23. de leg. 3. l. 4. C. de LL. Nov. 23. cap. 4. Nov. 101. c. 2. §. 4. vid. ib. 47.) contra Leges Naturales Edictum Decretum vel Rescriptum promulgante iusta causa præsumatur. Quam sententiam magis receptam scribit Mynsing. Obs. 8. cens. 4. Hinc Imperator & Pontifex ferre sententiam omniâ citatione non possunt: quia idè pars citatur ut se defendat, quæ defensio est de jure naturali & gentium, quod per Principem vel Papam auferri nequit. Wurmbser. practic. observ. tit. 22. obs. 13.

20. Hactenus de Absolutâ Legis definitione; sequitur Respectivâ, quæ iterum duplex est 1. quatenus consideratur in statu præsertim populari Romanorum 2. quatenus consideratur in statu Monarchico.

21. Lex in statu præsertim populari considerata, est, quam Populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante veluti Consule constituebat §. 4. In. de I. N. G. & C. Quæ definitio continet duos 1. Causam Efficientem legis ferendæ scilicet Populum Romanum. Legis namq; ferendæ potestatem sibi reservavit Populus Romanus. Scitis nobis esse, inquit Postumius Cominius & Sp. Cassius Consules ad Patres Conscriptos apud Dionys. Halicarnas. lib. 6. antiq. Rom. § 9. p. m. 542. jam inde ab U. C. Legem, quæ rerum omnium summam Senatus potestati permittit præter Magistratum creationem, legum lationem, & belli vel inferendi vel finiendi arbitrium: horum enim trium potestatem esse penes suffragia populi vid. Liv. lib. 7. c. 17. p. m. 453. ibi: quodcumq; postremum populus jussisset id jus ratumq; esset, jussum populi & suffragia esse. 2. Modum, quod constituta fuerit Senatorio Magistratu, veluti Consule, rogante. Rogari enim solebat populus tertius nundinis; ratamne legem per duas nundinas promulgatam habiturus esset, annon. Hinc Gell. lib. 10. c. 20. testatur, nullum plebis aut populi jussum fieri potuisse, nisi populus aut plebes rogetur. Nam sive cum populus sive cum plebes rogetur, sive quod ad universos pertinet, totius hujus rei jurisq; caput ipsum & origo & quasi fons rogatio est. Cæterùm de more Legum ferendarum apud Romanos scitu prorsus digno vide Paulum Manutium hujusq; b. l. Epitomatores Rosin. Antiquit. Rom. l. 8. c. 2.

22. Non minus autem postea Plebiscitum valere cœpit, quàm Lex à Populo Romano constituta, per Legem Hortensiam d. §. 4. In. d. I. N. G. & C. Plin. lib. 16. cap. 10. cujus verba sunt: Q. Hortensius Dictator cum plebes

plebes secessisset in Janiculum (quod factum est propter res alienum & graves & longas seditiones Liv. in Epitom. lib. XI.) legem in Esqueto tulit, ut quod ea tulisset, omnes Quirites teneret. it: Gellius l. 15. c. 27. Leges quidem non proprie, inquit, sed plebiscita appellantur, qua tribunis plebis ferentibus accepta sunt: quibus rogationibus ante Patrisij non tenebantur, donec Q. Hortensius Dictator eam legem tulit, jure quod plebes statuisset, omnes Quirites tenerentur. Nec obstat quod Q. Publius Philo, antea Consul, postea à Collega T. Emilio Mamercino Dictator nominatus, dicatur legem secundissimam plebi tulisse, ut Plebiscita omnes Quirites tenerent Liv. lib. 3 c. 12. p. m. 506. Dicendum est enim hanc legem tanquam adversam Nobilitati (ut ibidem dicitur) Patritios non accepisse, sed tum demum cum Q. Hortensius eam ferret; nec recedendum hic est ab autoritate & testimonio tantorum Virorum Plinij sc. Gellij, imò ipsius Imperatoris Justiniani §. 4. Inst. de I. N. G. & C.

23. Sed postquam, Lege Regiâ seu Imperij l. 3. C. de test. & quem. adm. test. ordin. sub Augusto, unde & Lex Augusti dicitur l. 14. §. 1. ff. de manumiss. latâ, Populus Principi & in Principem (hoc enim videntur velle verba ei & in eum l. 1. ff. de Constitution. Princip. §. 6. Inst. de I. N. G. & C. ad demonstrandam enixam Populi voluntatem quâ transtulit suum imperium; Baccboij. in τὸ πρῶτον sub tit. de Constitutionibus Principum n. 2. quanquam nec absurda sit illorum sententia & explicatio, qui Relativum eum accipiunt pro Reciproco se Wesenbee. ad d. §. 6. Inst. n. 2. & 3. lit. C. nec idè peccant in Grammaticam, ut nonnulli volunt. Reciproca enim sui & sum pro relativo & vice versâ accipiuntur Valla in Elegant. de reciproc. sui & sum cap. 9. & cap. 16. Sic Claudianus in Epithalam. Palladij & Serenæ vers. 74. reciprocum sibi pro relativo ej ponit;

Cum sibi post domitos & Partica fulmina claros
Sceptra daret miles.

Idem in Epistol. ad Serenam vers. 25.

Qui sibi carminibus toties lustraverat aras

Junonis blandâ numina voce canens. Vide ibidem

Caspari Barthi animadversiones) omne Imperium suum & potestatem, abdicativè, non cumulativè concessit d. l. 1. ff. de Constitutione Princ §. 6. Inst. de I. N. G. & C. l. 2. §. 11. de orig. jur. Solius Principis seu Imperatoris fuit condere legem l. 1. & ult. C. de LL.

24. Quod itaq; Principi placuit legi sc. condendenda animo prola-

B 2

1413

rum argum. l. 7. C. de sentent. & interloc. omn. judic. ibi: nec vox omnis
judicis, Mynsing. ad §. 6. Inst. de l. N. G. & C. illud legis habuit vigorem,
& quodeumq; vel per Epistolam constituit (i. e. libello supplicis aditus
vel à Magistratibus vel Judicibus vel à privatis aut consulenti de jure re-
scripsit aut postulanti respondit Donell. 1. comm. 9.) vel cognoscens de-
crevit (i. e. in aliquos cognoscens de re controversa pronuntiavit & de-
crevit) vel Edicto præcepit (i. e. motu suo aliquid publicè edixit seu jus-
sit, ut fieret Donell. d. loc.) legem esse constat d. §. 6. Inst. de l. N. G. & C.
ita tamen ut Decretum illud & Edictum sit legitimum & honestum.

25. In Statu Monarchico igitur considerata Lex definitur, quod sit
 summi Imperatoris Constitutio §. 1. Inst. de l. N. G. & C.
 §. 2. in fin. Inst. de his qui sui vel alien. jur. l. 9. de l. & l. rubricà de Consti-
 tutionibus Principum. l. 91 §. 3. de V. O. Nov. 66. pr. & c. 1. c. Constitutio 4.
 dist. 2. adhibitis in consilium Proceribus l. 1. pr. de ser. l. 8. de
 transact. l. 20. §. 6. de hered. pet. l. 22. eod. l. 1. C. eod. l. 16. de rit. nupt.
 & ibi Gothofred. l. 3. pr. de donat. int. Vir. & Ux. l. 1. §. 1. de tutor. & cur.
 dat. l. 8. C. de LL. N. A. zu Spener de anno 1570. §. denselben wir anfangs
 §. dieweil dann solcher §. weiters als auch & §. also haben wir Chur-
 fürsten & seq. R. A. zu Augspurg de anno 1559. §. darauff wir vns §.
 ferner haben wir vns & §. damit dann hinfüro im H. Reich. R. A. zu
 Spener de anno 1529. sub tit. Constitution oder Mandat wider die Wie-
 bertäuffer/§. und wir ChurFürsten/ Fürsten/ Prælaten &c. &c. impe-
 rans & permittens l. 7. ff. de LL. c. omniū autem 4. dist. 3. Imperat
 scilicet in genere καθ' ἐξέσιν δέσπτην ζῆν Arist. 5. Ethic. 5. permittit au-
 tem vel tacite omnia scilicet quæ non prohibet l. 43. §. 1. de Procurat. l. 10
 §. 2. de testib. vel expresse cum quid concedit quod antea jure observa-
 tum non fuit. recta, possibilis c. eris autem 2. dist. 4. l. 2. ff. de LL. ibi
 δὲ δὲ αὐτῶν (νόμον scil.) προσάτην τε εἶναι τῶν καλῶν, καὶ τῶν
 ἀκαρῶν καὶ ἀρχόντα καὶ ἡγεμόνα i. e. oportet autem Legem autoritate
 suâ discernere quæ sunt honesta quæ turpia Βαεβοῦ. ad d. l. 2. in τὰ πρῶτα
 α. §. argum. §. 3. 18. de l. & l. 10. §. 1. ff. eod. & publicè Imperio uti-
 lia argum. l. 1. & ff. de LL. vid. Arist. 2. Polit. 8. ibi: καθόλου δὲ ἀναγκαῖον
 γραφεῖναι ἴσ. νόμους necesse est ut Leges generaliter scribantur & 5
 Ethic. 14. ibi: ὁ μὲν νόμος καθόλου πάς lex omnis in universū statuitur ἴσ
 §. Ethic. 3. & lib. 4. ad Eudem. cap. 1. ubi inquit: οἱ νόμοι ἀγορεύονται πε-
 ς πᾶν

ἐν πάντων, ἑκατέρωθεν ἢ τῶ κοινῇ συμφέροντι πάντων, ἢ τοῖς ἀρίστοις, ἢ τοῖς κυρίοις, ἢ κατ' ἀρετὴν, ἢ κατ' ἄλλον πρᾶ τρέπον τιθέντων hisq; contraria vetans, siquidem κατ' ἐκείνην μοχθηρίαν κωλύει ὁ νόμος. Ἰὴν secundum unumquodq; vitium vivere Lex prohibet Arist. s. Ethic. s. d. l. 7. ff. de LL. l. 9. C. eod. argum. l. 15. de condit. instit. l. 79. §. 1. de jur. dot. c. non est 58. C. e. qua contra 64. de R. J. in 6to. omnibus subditis necessitatem obediendi imponens l. 9. C. de LL. l. 10. C. eod. §. 10. Inst. de rer. div. l. 2 ff de LL. propter poenam legi additam & Constituentis auctoritatem. Punite enim legis præcipua ferè virtus est d. l. 7. ff. de LL. i. e. proprium est in quo Lex consistit & virtutem suam exerit Donell. i. comm. 5. Vix enim aliquis Leges observaret, nisi poena addita sit. Leges autem non observari & non ferri perinde est ἕδὲν ἀφ' ἐξῆς ἢ μὴ κείσθαι ἢ μὴ χεῖσθαι Arist. i. Rhetor. 15.

26. Et hæ sunt LEGES, quas Civiles appellamus à civitate sic dictas §. 1. C. 2. Inst. de I. N. G. C. Per Civitatem autem Imperator non Urbem sive Municipium aliquod intelligit, sed totam populum adeoq; omnes conjunctim, qui unius Imperio sive regimini subsunt. Hunn. ad §. 1. Nec inferri potest, si civitas seu totus Populus constituit Leges Civiles E. non Imperatores. Per Civitatem enim eos etiam intelligo, quibus Civitas juris condendi potestatem concessit Donell. i. comm. 6. Quod namq; quis facit per alium perinde est ac si faciat per seipsum c. potest quis 68. c. qui facit 72. de R. J. in 6to. & parvi referri si quis per se aliquid decernat, aut alius, cui decernendi negotium dedit l. 6. §. 1. quod cujus. univers. nom.

27. Leges autem Civiles, quibus universi Cives & subditi in Romano Germanico Imperio utuntur sunt vel mixtè vel merè Civiles. Illas voco, quæ aliquid disponunt circa ea, quæ sunt aliàs à jure naturæ vel gentium l. 8. ff. de I. C. l. & eatenus non pugnant cum jure Naturæ, sed addunt ad jus Naturæ circumstantiam aliquam probabili ratione Philip. Melan. in Epit. Philos. Mor. p. m. 100. ubi videatur Exemplum.

28. Merè Civiles sunt quas Civilis auctoritas propter necessitatem & utilitatem Civium introduxit, præter necessitatem juris Divini & gentium e. c. quod septem testes idonei præcisè in testamento adhiberi debeant §. 3. C. ult. Inst. de testam. ordin. l. 21. C. eod. R. A. in Colln de anno 1512 rubr. von testamenten §. und sollen die Notarien, adeo ut si unus de-

B 3 fecerit

fecerit totum testamentum nullum sit l. 12. C. eod. item quod tredecim septimanæ anni quadrantem conficiant R. A. zu Nürnberg de anno 1524. S. und sol das persönlich siken in: quod decimus septimus annus idoneus habeatur ad postulandum l. 1. S. 3. de postulan. Et in his sufficit si Legislator dixerit: Hoc iustum esse puto, cujus autoritas in illis ratio est l. pu. 106. ff. de postul.

29. Causa Efficiens autem Legum Universalium in Statu Monarchico (quem divina aspirante gratia defendere non dubitabo) Romani olim, nunc Romani Germanici Imperii fuit Imperator & adhuc est. Imperatori enim hodierno hanc potestatem esse ereptam non facile dixerim, nec dicam. Nullum enim nisi DEUM superiorem agnoscit R. A. zu Augspurg de anno 1548. pr. ibi: haben wir aus aufgelegten Ampt dazu wir vom Allmächtigen Gott beruffen sind &c. unde & passim in Receptibus Imperii, das Oberhaupt vocatur. Huc facit textus in pr. de Conceptoribus ibi: Imperium quod nobis à cœlesti Majestate est traditum § 10 Nov. 28. c. 4 §. 2. ubi Justinianus ait: Hanc nos gratiam DEO referendam putavimus, qui Imperii nobis coronam imposuit. 2. Hodiernus Imperator adhuc summus est, & Statibus Imperii ex plenitudine potestatis imperat: videatur elegans textus in R. A. zu Wormbs de anno 1521. sub consistit. Römischer Käyserlicher Majestat Landfried auff dem Reichstag zu Wormbs tit. Handhabung Friedens s. darauff befehlen wir allen und jeden obgeschriebenen euch auch hiemit aus Römischer Käyserlicher Macht/bey den Eyden und Plichten/die ihr uns von des Reichs wegen insonderheit gethan/ und bey der Behorsamb/die ihr uns als Römischem Käyser schuldig seyd/ auch bey verlust aller Gnaden / Privilegien und Rechten/ so ihr von uns und dem H. Reich / oder andern habt/ ernstlich und festiglich gebietend / daß ihr diesen obgeschriebenen Frieden und unser Gebot mit allen Articeln und Inhalt stät und fast haltet.

30. Et quamvis Illustrissimis Electoribus septem candelabris lucensibus in unitate spiritus septiformis, quibus sacrum illuminari debet Imperium A. B. in pr. ac velut columnis sacrum ædificium circumspecta prudentie solerti pietate sustentantibus A. B. tit. 3. Legum ferendarum potestas sit communicata; illi tamen non absorbent prerogativam Imperatoris quam habet in LL. ferendis R. A. zu Regenspurg de anno 1546. S. So wollen auch wir mit Gnad und Hülf des Allmächtigen &c. R. A. zu Augspurg de anno 1530. S. und meynen / siken ibi: und wir solche auß beweglic

Beweglichen Ursachen / aus unser Kayserslichen Macht vollkommenheit /
 und mit gemeldter unserer gehorsamen Churfürsten / Fürsten und Stän-
 de des Reichs gemeinem zeitigen Rath und Willen / als nichtig / abgethan /
 und aufgehbt haben wollen. *in fine*. S. Dieweil nach vielgehabter Handlung
in fine. welche Ordnung sie alsdann uns zuschicken sollen / wollen wir das
 selbig allenthalben im Reich thun verkündigen / und zu halten gebietet
 und verschaffen. R. A. zu Wormbs / de anno 1521. S. und nachdem bis
 her grosse Unordnung *ibi*. sollen und wollen wir verfügen / & S. und als
 bisher in zweiffel gestanden *in fine*. und alsdann dieselbige Constitution
 an unser statt und Namen auffrichten / die allenthalben im Reich verkün-
 den / und also zu halten verfügen. Quibus autem Constitutionibus seu
 Legibus nostrae autoritatis robur accommodamus, illas nostras quoq;
 non immerito facimus S. 6. *in fine*. de Concept. Digest. S. 10. de Confirmat.
 Digest. S. 6. proem. Inst. Unde & illae Leges Universales recte Imperatoriae
 dicuntur unsere Kaysersliche außgangene Mandaten, und deshalben auff
 gerichte rechtmäßige Constitution, Sakung und Ordnung R. A. zu
 Speyer de anno 1544. S. Nachdem auch die schätliche. Quid quod sum-
 mus Philosophus suo jam tempore probaverit Monarchias quaedam me-
 diocritate contemperatas ne nimia unius licentia Imperium evertat. &
 Sic enim s. Polit. II. ait: σάρονται ἢ (sc. αἱ μοναρχίαι) ὡς καὶ ἕκα-
 σαν ἐπεῖν, τῷ πᾶσι μὲν βασιλείας ἀγειν ἵππὶ τὸ μετρίωτερον. ὅσα γὰρ ἀν-
 ἐλαπίων ὡς κύριοι, πλείω χρονον ἀναγκάϊον μὲν πᾶσαν τὴν δεξιήν.
 αὐτίτε γὰρ ἤπλον γίνονται δεσπτικῶν, καὶ τοῖς ἡδεσιν ἴσοι μᾶλλον, καὶ ὑπὸ
 τῶν δεχομένων φθονῶνται ἤπλον, i. e. servantur autem Monarchiae sin-
 gulariter loquendo si ducantur ad mediocritatem. Quanto enim magis
 penes paucos est omnis potestas, tanto majoti tempore necesse est Impe-
 rium durare. Nam & ipsi qui regunt minus superbiunt, magisq; benè mo-
 rati fiunt, & qui reguntur minus invident.

31 Sicuti autem Imperator toti Imperio Universales: ita Status Im-
 perii suo territorio Leges particulares seu Statuta consensu tamen pri-
 mariorum Ordinum cujuscuq; Provinciae condere possunt vigore su-
 perioritatis Krafft landsfürstlicher hoher Obrigkeit. Quantum enim Im-
 perator in Imperio; tantum Status in suo territorio possunt secundum quid
 se. ὁ ἀναλογία seu similitudinem, non verò paritatem. Ut hae Leges autem
 in supremis Judiciis effectum sortiantur, necessum est eas confirmatio-
 ne Imperatoris roborari Thom. Lindem. in exercit. Justin. disp. 5. ch. 51.
 Alias

Aliàs quippe Procerum Leges non sunt tanti roboris quin per Imperialem & Majestaticam legem us corrigendo abrogando derogando & declarando detrahi possit. R. A. zu Speyer de anno 1529. sub tit. Kaysersliche Constitution und Sagung wie Brüder oder Schwester Kinder &c. in pr. ibi: wollen wir hiemit aus obberührter unser Kayserslichen Macht/ vollkommenheit und rechten wissen / alle und jede Statuta, sondere Sagung/ Gewonheit/ Gebräuche / als herkommen und Freyheiten/wo die an einigem Ort dieser unser Kays. Sagung zu wieder erfunden/ allein in ob angezeigtem fall als ir und abgethan haben / die wir auch also hiemit als siren, auffheben und abthun. 11: R. A. zu Wormbs de anno 1521. sub tit. das Edict von dem Regiment zu Nürnberg im 1521. Jahr außgangen von Succession Brüder und Schwester Kinder. ibi: Welche gewonheiten als dem Rechten und dieser Ordnung zu wieder und ungemäß / wir obber dachtem Beschluß nach / und aus vollkommenheit unser Kayserslichen Macht und Rechten wissen / hiemit abthun / derogiren und vernichten. Excipe tamen Jus Saxonicum quod privilegium illud habet, ne corrigatur aut abrogetur Reinf. de regim. sec. lib. 1. cl. 5. cap. 6. n. 128. Hinc in terris ubi Jus Saxonicum viget contra Edictum Imperatorum anno 1521. Nürnbergæ editum de Successione liberorum fratrum & sororum jus representationis locum non habet, sed in allodialibus qui proximior est gradu remotiorem excludit per tex. Landr. lib. 1. art. 3 sub fin. vid. Matt. Coler. decis. 48. n. 8. ubi fatuum arbitratur illum esse, qui ex decisione Henningi Gceden contrariam sententiam arriperet, contra manifestam & notoriam consuetudinem: quam confirmavit etiam Augustus Elector in Novellis suis p. 3. const. 18 §. fin. Schulze in Synops. Insti- tution. Imperial. ad tit. 1. lib. 3. Inst. sub rubr: De tertio ordine succedendi ab Intestato, Collateralium & quidem Transversalium Naturalium & Legimatorum simul lit. c. §. sane in allodialibus pag. 259.

32. Eodem modo etiam Civitates Imperiales potestatem Legis condendæ habent, quia illæ tenent locum Principis Gail. de arrest. Imper. c. 9. n. 1. & sunt Civitates liberæ Freye Reichsstädte. Aliter se res habet in Civitatibus Municipalibus, quæ inferiorem Imperatore recognoscunt, & loco privatorum sunt l. 16. de V. S. Atq; inde Civitates Municipales cum privatis comparantur l. 15. ff. ad SCim. Macedon. abusive namq; hæ Civitates earumq; bona habentur publica l. 15. d. V. S. vid. Matt. Stephan. ad §. l. 16. de V. S. quin ob pecuniam, hisce Civitatibus ablatam auferens actione

41

actione furti non crimine peculatus tenetur l. 81. ff. de furt. cui non ob-
stat l. 4. §. 7. ff. ad L. Jul. pecul. Hæc enim loquitur de eo casu, quo fisci
vel Civitatis Romanæ pecunia; d. l. 81. de eo casu, quo Civitatis inferioris
pecunia est intercepta Nicol. de Passer. in LL. concil. vid. etiam Gothofr.
ad d. l. 4. §. 7. nisi cum aliis dicere malum hodiè d. legem 81. sublatam
esse per l. 4. §. 7. ad L. Jul. pecul. Possunt tamen Civitates Municipales
leges & statuta condere per l. 6. pr. quod eujusc. univers. nom. l. 3. §. 4.
quod vi aut clam l. 21. §. 7. ad Municip. l. 1. de alv. scrib. l. 18. §. 27. de muner.
& honor. l. 5. §. 1. de jur. immun. l. 1. C. de emancipat. liber. cum consensu
Subditorum sive omnium sive majoris partis Civitatis argum. l. 3. quod
eujusc. univers. nom. l. 19. ff. ad Municip. l. 160. §. 1. de R. I. l. 45. C. de Decu-
rion. sed non absq; superioris permisso tacito vel expresso Wesenbec. in
paratitl. de LL. n. 3. Gail. d. lot. quod magis consultum tutumq; esse, &
usu obtineri affirmat Matt. Coley. in tr. de Process. exec. p. 1. c. 3. n. 12.
Idem de aliis Magistratibus inferioribus est dicendum.

33. Circa Causam Efficientem Legum etiam Quæstio oritur: An
Collegia licita in Civitatibus & Municipiis opificum scilicet aut aliorum,
leges, vel pactiones potius per l. 4. ff. de Colleg. & corpor. sibi condere
possint? A. dumne quid ex lege publicâ corrumpant d. l. 4. nec sint con-
tra bonos mores, aut jus superioritatis. Unde meritò illud opificum Sta-
tutum rejicitur, quo certorum Mechanicorum filios e. c. textorum ton-
sorum opilionum &c. in sua recipere nolunt collegia. Et illud obtinet
contra Caroli V. Ordnung und Reformation guter Policey zu Augspurg
de anno 1548. & Rudolphi II. zu Franckfurt de anno 1577. rubr. Von
Handwercks Söhnen/Gesellen Knechten und Lehrknaben princ. Simi-
liter & illud 2. extirpandum est, quo paciscuntur, ne species à se factæ
minoris quàm inter se statuerint venundentur l. un. C. de monopol. daß ei-
ner seine gemachte Arbeit oder Werck/ in feylen Kauff/ nicht mehr oder
weniger verkauffen soll/dann der ander vid. dic. ordinat. Polit. Caroli V.
zu Augspurg de anno 1548. sub tit: Von den Handwercken in gemein
quam Rudolphus II. Francofurti de anno 1577. confirmavit. Nec non
3. quo pacta inter se componunt, ne quis quod alteri commissum sit
opus impleat, aut injunctam alteri sollicitudinem alter intercipiat d. l.
un. C. de monopol. quæ statuta in tantum sunt invalida, ut ne rescripto
quidem Principis revalescere possint d. l. un. Nec hic colorem invete-
ratæ consuetudinis contra leges scriptas prætere debent opifices,

C

cum

eum illa perversa magis sit & irrationabilis, quæ legem non vincit l. 2. C. quæ sit long. consuet. l. 39. ff. de LL. Gail. 2. O. 31. n. 17.

34. Objectum Legum seu Materia circa quam sunt Personæ, Res, & Actiones l. 1. ff. de stat. hom. §. 12. Inst. de I. N. G. & C. his enim finis Legum *Justitia* quasi infunditur. Id namq; disciplinæ alicujus Practicæ objectum est, cui finis illius Disciplinæ quasi infunditur (sumptâ metaphorâ ab arte aurifabrili & fusoriâ) Danbawer. in proem. Dial. Epitom. lit. §. Sic objectum artis aurifabrili est aurum, quia huic finis illius artis scilicet effectio formæ annularis, scyphi &c. infunditur. Caterùm de Materiâ Legum etiam agunt l. 3. 4. 5. 6. & 10. ff. de LL.

35. Versantur autem LEGES in Personis, Rebus, & Actionibus seu Judiciis ita, ut personarum statum conditionesq; ritè discernant. Sic e. c. Leges vestitiaræ personarum dignitatem & prærogativam attendunt *Ordnung und Reformation guter Policey zu Augspurg de anno 1530. tit. Von unordentlicher und köstlicher Kleidung & seqq. & de anno 1548. tit. Von unordentlicher köstlichkeit der Kleidung & seqq. ita zu Franckfurt de anno 1577. tit. 9. & seqq. ut circa Res optimaræ præscribant normam, quomodo res rectè sint distribuendæ & communicandæ, secundum quam alter accipiat reddatq; alteri quæ ad vitam & ad mutuam commoda sunt necessaria. Quòd si quis illam normam de personis & rebus benè constitutam evertat, & turbet, Actionum formulas LEGES docent, quibus civiliter vel criminaliter adversarium convenire possumus.*

36. Eatenus tamen Res sunt objectum Legum, quatenus illæ vel præsens vel futurum respiciunt *Gorbosfred. ad l. fin. C. de pact. pign. lit. m.* Leges etenim quia jubent ut quid fiat vel non, quod utrumq; ad præsens & futurum tendit, præsentibus, imprimis tamen futuris dant formam negotiis l. 7. C. de LL. l. 19. C. de testam. in fin. ibi: *quæ in posterum tantum modo observari censemur Nov. 22. a. 1. ibi: præsentem verò legem ex nunc valere volumus in omnibus futuris casibus. Dixi imprimis leges futuris dare formam negotiis ὅτι τὰ νομοθετῆς κείνης εἰσι μελλόντων τε καὶ καθόλου ἐστὶ* quia Legislatoris iudicium de futuris & de universalibus est & καὶ μέγιστον, ὅτι εἰσι τῶν παρόντων non de rebus singularibus nec de præsentibus *Arist. 1. Rhetor. 1.* Non verò ad facta præterita revocantur d. l. 7 quia aliàs ante sanctionem ignorantibus sine culpâ suâ in damnum inciderent. Limit. Nisi vel declarent aliquid l. 10. & 11. C. de natural. lib. Nov. 19. pro vel annullentur l. 8. C. de pact. l. 8. C. de incest. & inutil. nupt. l. fin. C. de pact. pignor. vel nominatim caveant de præterito tempore & adhuc pendeat,

dentibus negociis d. l. 7. C. de LL. Nov. 115. c. 1. Schnobel. *diff. 1. in II. th. 20.*

37. Verùm quoniam Res mulvaria sunt & varietas negociorum infinita, dum multas formas edere natura novas deproperat §. 13. de *Confirmat. Digestor.* plures etiam Leges esse & quàm paucissimos casus Judicibus relinqui conducit. ὅτι ἕνα λαβεῖν καὶ ὀλίγας ῥᾶον ἢ πολλὰς εὐφρονῶντας καὶ δυναμείας νομοθετεῖν καὶ δικάζειν. αἱ μὲν νομοθεσίαι ἐκ πολλῶν χρόνων σκεψαμένων γίνονται. αἱ δὲ κρίσεις ἐξ ὑπογύμν. ὥστε χαλεπὸν ἀπιδιδόναι τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον καλῶς τὰς κρίνοντας & c. *vid. Arist. 1. Rhetor. 1. 2.* ὁ γὰρ κελεύων ἄρχειν, δεκτικῆ κελεύειν ἄρχειν τὴν θεὸν καὶ τὰς νόμους, ὁ δὲ ἄνθρωπον κελεύων, πρὸς πῆσιν καὶ θεῶν. ἤτε γὰρ Πηδουμία παῖστον, καὶ ὁ θυμὸς ἄρχοντος διατρέφει καὶ τὰς δόξας ἀνδρας. διόπερ ἄνευ ὀρέξεως νῆς ὁ νόμος ἐστὶ 3. *Polit. 16. & 2. Polit. 9.* Et tantum abest ut jus nostrum Civile Legum multitudinis accusemus, ut defectum illarum in illo deprehendamus, qui manifestus est circa Leges vestitarias *Besold. in dissertat. de prat. pæn. & leg. c. 9. §. ult.* quæ tamen maximè sunt necessaria *Besold. ib.*

38. Forma LEGUM est convenientia cum summâ Lege Naturali & Divinâ *Cicer. 1. de LL. Piccolom. g2 10. c. 24. ibi: Sit consentanea mandatis Dei, emuletur Natura ordines. Quid aliàs Leges sine moribus Vanæ proficiunt? Horat. 3. Carm. Od. 24.* ubi mores benè explicantur per rectum animi propositum, & reverentiam cultumq; Numinis. Et hæc forma est spiritus & anima Legum, vivificans earundem verba, quæ sunt instar corporis. Quatenus igitur LEGES cum Legibus Naturalibus & Divinis conveniunt; eatenus etiam ex virtutibus moralibus profluunt, atq; sic sunt rectæ, & naturæ humanæ rectæq; rationi conformes, tenduntq; ad καλοκἀγαθίαν & εὐταξίαν in quibus Rerum publ. τάξις rectissima. *Arist. 3. Pol. 6. lib. 2. M. M. c. 9. lib. 7. Eudem. cap. ult.*

39. Scriptura ergò non est de internâ & substantiali formâ Legis §. 10. *Inst. de l. N. G. & C. l. 6. §. 1. G. qui bon. ced. poss.* ubi Imp. Theodosius dicendo legem promulgavit. Nam per solam sanctionem ejus qui habet potestatem promulgandi Leges, Lex constituitur. Et si scriptura esset de Legis substantiâ, futurum esset, ut consuetudines literis mandatæ jus scriptum fierent *contra §. 3. & 9. Inst. de l. N. G. & C.* positâ enim formâ res ipsa ponitur, quia ubi forma ponitur ibi & materia & efficientia necessariò ponuntur; ubi autem materia & efficientia, ibi ponenda est & res *Thom. Sagitt. axiom. logic. centur. 2. decur. 6. axiom. 3. ex Philip. 4.*

Dial. Et ne quidem ad existentiam Legis scriptura facere videtur *Riesner*,
collar. 1. ad Decad. 1. Quest. jurid. illustr. (*Dissent. Valent. Guilhel. For-*
ster. lib. 1. Justin. tractat. disp. 1. th. 34. Joachim. Schulke Synops. jur.
univers. civil. volum. 1. not. 6) quia si scriptura tribueret legi existentiam
 esset forma legis, forma enim tum essentiam tribuit tum existentiam.
Tbom. Sagitt. d. loc. ex Zabar. de Constit. Individ. c. 5. Adjunctum autem
 necessarium illam esse non nego cum *Dn. Reinking de regim. secul. l. 2.*
el. 2. c. 5. n. 50 & seqq. scilicet à posteriori non priori dicitur man des
 wissens/und sich hinsüro ein jeder desto baß darnach zurichten habe *N. A.*
 zu Worms de anno 1521. § Es sollen auch unser Stadthalter &c. und
 daß sich niemand derhalben unwissenheit zu entschuldigen hat. *Ord. Cam.*
p. 2. tit. 30. §. fin. Caterum ne diutius huic vulgatæ quæstioni immore-
 mur, de illâ videri possunt *Valsej. ad §. 3. Inst. de l. N. G. & C. n. 3 & de*
feud. l. 1. c. 1. n. 4. Bacchoy. in τὸ πρῶτῳ sub tit. DE DIVIS. ET SPE-
CIEB. JUR. CIV. n. 3. Reinking d. loc. Donell 1. comm. 13. & alij. Dis-
sent Niell. disput. 1. feud. th. 2. lit. a. Wesenbec in Paratitl. b. 1. n. 5.

40. Sed quia forma LEGIS, ut dictum est, consistit in convenientiâ
 Legum Naturalium & Divinarum, quibus non tam annexa quàm innexa
 est Justitia, non immeritò Quæritur, An Leges Civiles (nam Leges Natu-
 rales seu Jurisgentium præsertim primævi in totum mutari non posse,
 dixi sup. th. 18.) illæ scilicet quæ neq; in totum à naturalibus vel gentium
 recedunt, nec per omnia ei serviunt l. 6. ff. de l. & l. mutari possint?
 Quod non simpliciter est affirmandum. Sicut enim Leges Naturales in
 & per se manent immutabiles: ita nec Civiles Leges quatenus sunt Na-
 turales mutari possunt, sed tantum accessorium mutatur *eleg. tex. in*
Nov. 89. c. 7. Non profectò ignoras sunt verba Sex Cæcilij Jcti ad Favori-
 num Philosophum apud *Gell. lib. 20. c. 1. p. 538 legum opportunitates &*
medelas pro temporum moribus & pro Rerump. generibus ac pro utilitatibus
presentium rationibus proq; vitiorum quibus medendum est fervoribus mu-
tari atq; flexi: neq; uno statu consistere, quin, ut facies cæli & mari, ita rerû
atq; fortuna tempestatibus varientur quò facit l. 120 in fin. de V. S. & egregia
Aristotelis disputatio de LL. mutandis 2. Pol. 8. Quando igitur mutantur
 Leges extrinsecus tantum mutantur quoad Constitutiones & Decreta illi9
 qui habet potestatem Leges condendi, non intrinsecus. Servanda est enim
 illa ἀναλογία Legum ad rectam rationem. *Ob varias condiciones regio-*
rum, gentium, occasionum & consuetudinum varios varia decens, cum tamen
semper servari debeat congruens & recta Legû ratio *Piccolom. gr. 10. c. 240*

Conj

Congruentes enim sunt conclusiones Legum Civilium cum Legibus Naturæ, non dissentientes *Philipp. Mel. in lib. 5. Eth. Arist. sub tit: JUS POSITIVUM p. m. 205.* quò facit *c. erit autem 2. dist. 4.* Sicut igitur Navis turgida sæpè sunt mutanda vela in imperiosiori æquore ad vitandos scopulos: ita etiam Leges sedentibus ad clavum Rerump. ad vitanda majora detrimenta *l. 137. §. 6. de V. O. imperante illud necessitate & utilitate text. notab. in c. non debet 8. extr. de consanguin. & affin.* Aliàs namq; non temerè fieri debet mutatio quæ periculosa est: quò spectat illud Aristotelis *d. c. 8. 2. Polit. ἔταν γὰρ ἡ, τὸ μὲν βέλπον μικρὸν, τὸ δὲ ἐθίζειν εὐχερῶς λύειν τὰς νόμους Φαῦλον, Φανερόν ὡς ἐατέον ἐνίας ἀμαρτίας καὶ τῶν νομοθετῶν καὶ τῶν δεχόντων. ἔ γὰρ τοσῶτον ὠφελήσεται κινήσεως, ὅσον βλαβήσεται πῶς ἀρχοσιν ἀπειθεῖν ἐθιθεῖς* i. e. cum enim constat (ui constat, utilitas enim quæ ex Legum mutabilitate promanet exigua est, assuetudo autem mutandi Leges prava) errata quædam Legumlatorum & Magistratuum esse ferenda; non tantum proderit Leges mutans, quantum nocebit assuetudo non parendi superioribus. De hoc themate videre licet *Isostratem ad Nicocl. ibi: τῶν πρῶται γράμματα καὶ τῶν ἐπιτηδευμάτων κίνει καὶ μεταπίθει, τὸ μὴ καλῶς καθεσῶτα. Liv. lib. 34. pr. Piccolom. gr. 10. c. 24. Gail. de arrest. Imp. c. 2. n. 11. & 13 Reinf. de regim. secular. lib. 2. cl. 2. c. 5. n. 4. & seqq.* Quin verò Leges merè Civiles (de quibus sup. th. 28.) prorsus mutari imò abrogari possint, non dubito.

41. Non tamen eadem, quæ Leges Civiles, lance examinanda sunt Leges Fundamentales, quæ mutari facile nequeunt, uti uno ore Politici affirmant, quibus salus Dignitasq; Imperii & Regnorum ceu fundamentis firmissimis innititur. Fundamentales enim Leges concernunt statum publicum cujus mutatio valdè est periculosa. *Arumans discurs. 1. ad A. B. ib. 7. Reinf. lib. 2. cl. 2. c. 5. n. 29. & lib. 2. cl. 2. c. 6. n. 11. & 12.*

42. Verùm cum actio omnis finem quærat & gratiâ alicujus boni producat *Arist. l. 1. de part. anim. c. 5. l. 2. Physic. c. 3. Piccolom. gr. c. 6. 3. p. m. 533.* Leges etiam propter finem promulgari nullus ignorat. Finem autem illarum primarium (nam possunt plures unius rei dari fines intermedii) statuo esse Salutem publicam. Legislatoris enim est respicere, *πρὸς τὸ τῆς πόλεως ὅλης συμφέρον, καὶ πρὸς τὸ κοινὸν τῶν πολιτῶν* ad totius Civitatis utilitatem seu salutem, & ad communem Civium *Arist. 3. Polit. 13. 7. Polit. 14. 1. Ethic. 13. pr.* Imò ἐν πῶς νόμοις ἐστὶν ἡ σωτηρία τῆς πόλεως in Legibus consistit Salus Civitatis *Arist. 1. Rhetor. c. 4.* Adde

C 2 Cicero.

Ciceronem lib. 1. Epist. 1. ad Q. Fratrem & lib. 3. de Offic. l. 1. §. 4. ff. de pos.
Hæc tamen Salus vel Utilitas publica non debet esse ficta seu apparens,
quæ iniquo malorum sensu honestatem ab utilitate secernit, & constituit
honestum aliquod quod utile non esset: & utile quod non honestum, quâ
nulla pernicietas major hominum vitæ potuit afferri Cic. l. 2. de Offic. p. m. 72
Uti igitur gubernatori cursus secundus, Medico salus, Imperatori Victo-
ria: sic moderatori Reip. beata civium vita proposita est, ut Virtute ho-
nesta sit Cicer. l. 8. ad Artic. Ep. 11. Senec. Ep. 71. 74. 76.

43. Latus hic quidem datur campus investigandi & inquirendi in
originem, definitionem &c. &c. Salutis publicæ, quid sibi velit vox Salus
quid vox publica: sed contrahenda est Disputatio, Ad Effectus igitur Le-
gum statim progredior.

44. Effecta autem LEGUM (sicut & aliarum causarum) possunt esse
plura, quorû præcipua saltem videbimus, Primus igitur Effectus illarum est
imperando & vetando ad obedientiam obligare illos, qui-
bus latæ sunt, quamvis à Magistratu infideli & gentili
& νόμος ἐστὶν ἐξουσία ἐν μὴ νόμῳ θεῶν, Rom. 13. 1. ἡ ἀνομία οὐκ ἐστὶν ἁμαρτία
κατὰ τὸν νόμον τῶν ἀνθρώπων 1 Petr. 2. 13. Rom. 13. 7. Matt. 22. 20. Lim, nisi Leges
sint impiæ & iniquæ,

45. An verò LEGES Civiles in Conscientiâ obligent quæstionis est:
Cum affirmantibus facio, statuens non tantum mixtè civiles in
conscientiâ obligare quæ ducuntur ex Lege Naturali & Divinâ rectæq;
rationis, contra quam qui facinus perpetrat conscientiam vulnerat, utpo-
te quæ est reliqua in homine rectæ rationis scintilla, bonorum malorumq; fa-
scinorum iudex & index Lips. l. 1. Civil. Doctrin. c. 5. Sed etiam merè
Civiles: harum enim violatio trahit secum violationem præcepti ge-
neralis de obediendo Magistratu 2, quia has frangere culpam inducit:
Culpâ autem pallefcere conscientiam lædit. Non est enim ullum magnū
malum præter culpam Cicer. Ep. 4. ad famil. lib. 6. 3. quia Apostolus
Rom 13. 5. sanctè jubet nos debere subjectos esse non solum propter iram
sed etiam conscientiam; quam tamen pauci hodie verentur, plures fa-
mam, ut Plinius verè dixit.

46. Secundus Effectus est transgressores poenâ afficere.
l. 7. ff. de LL. Nam Quid tristes querimonia

Si non supplicio culpa reciditur? Horat. 3. Cay. Od. 24.
Unde idem 4. Carm. Od. 5. tempora Augusti maximâ extollit laude ex-
inde inter alia, quia culpam poena premit comes, Cui calculum suum lu,

bens etiam addit Sapientiæ filius *Arist. ad Alexandr. c. 3.* dum dicit opus esse ἰσχυρὸς κείδαι νόμους καὶ μεγάλας ἑπιτείνουσαι πινυλάσ πῆς πειθαίνας fortes & severas ponere leges, magnasq; pœnas transgredientibus imponere. Nequaquam impunè auferenda est Legum transgressio ἢ ὁδονομία ὅδ' ὡς ἐπέχῃ πῶσαν ἀδικίαν *Arist. s. Ethic. 2.* Maxima autem illecebra peccandi impunitatis spes *Cicer. pro Mil.* Adhibeatur igitur transgressioni Legum severitas, sine quâ administrari Civitas nulla potest *Cic. 2. de Offic.* nec patiantur Legumlatores hebescere aciem suæ Majestatis, sed pœnam merentibus irrogent: pleriq; enim ἀνάγκη μᾶλλον ἢ λόγῳ πειθαρχῆσαι, καὶ ἡγῆμαίς ἢ τῷ καλῷ necessitati magis quàm rationi, & pœnis quàm honestati obediunt *Arist. 10. Ethic. 10.* Sed in præsentia plures Legum Effectus persequi nequeo, hi duo sufficiant.

47. Interim hîc non possumus illam præterire quæstionem; An Principem i. e. Imperatorem (qui sæpè Princeps in jure vocatur § 6. *Inst. de I. N. G. & G. l. 1. ff. de Const. Princ. l. un. pr. & s. 1. ff. de off. Præf. præf.*) Leges obligent. Ad hanc omisâ distinctione inter vim Coactivam & Directivam, inter Causam Principalem (Principem) & instrumenta (Leges) inter potestatem Extraordinariam & Ordinariam R. Distinguendum esse, inter Leges Divinas quibus nullus solutus est *c. duo l. dist. 13. c. non licet 2. dist. 10. c. non est ult. vers. Moralia dist. 6.* Naturæ & Gentium, quibus quâ homo obligatur, harum enim transgressio periculum salutis inducit *c. cum tanto n. extr. de consuet. & Leges Civiles tam merè quàm mixtè quibus omninò solutus est (quatenus illæ tamen sunt Civiles respectu sc. Accessorii vid. sup. th. 40.)* propter Majestatem quæ est in Principe *l. 31. ff. de LL. Nov. 107. c. 2. §. 4. in fin.* ubi eleganter Justinianus omnibus autem à nobis, inquit, dictis, Imperatoris excipitur fortuna: cui & ipsas Deus leges subjecit legem animatam (simili modo *Arist. s. Ethic. 7.* Judicem vocat δῖνοιον ἐπιψυχον jus animatam) eum mittens hominibus. §. 8. *Inst. quib. mod. test. infirm. l. 23. ff. de leg. 3.* (ubi nullum moveat particula VIDE TUR, quæ non semper in jure est nota in proprietatis, quòd vel patet ex *d. l. 23. junct. l. 31. ff. de LL. in ex §. 39. Inst. de Rev. div. §. 30. Inst. de action. l. 8. de V. O.)* argum. *Nov. 23. c. 2. c. anteriorum §. ad hæc 2. q. 6.* Aliud autem dicendum est si de officio Principis querimus, tunc etenim digna vox est Majestate regnantis, Legibus alligatum se Principem profiteri *l. 4. C. de LL. d. §. fin. Inst. quib. mod. test. infirm. l. 23. ff. de leg. 3. l. 3. C. de testam. & quemadm. test. ord.* Hinc benè cecinit Claudianus de 4. Consulatus, Honorii vers. 296. & seqq.

In commune jubes si quid censesq̄, tenendum
Primus iussa sibi, tunc observantior equi
Fis populus, nec ferre vetat, cum viderit ipsum
Autorem parere sibi, componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
Humanos Edicta valent, quàm vitæ regenti.

48. Sed de hac quæstione quæ passim apud Dd. tractatur, satis. Ad partem LEGUM maximè necessariam l. 2. §. 13. de orig. jur. δικαιοδοτικῆν sc. & LEGUM interpretationem venio; de quâ hæc sunt conclusiones: I. Non tam de Legum verbis, quàm earundem sententiâ mente & voluntate constet l. 17. ff. b. r. l. 18. 29. 30. eod. l. 19. ad exhiben. l. 13. §. 2. de excusat. tut. l. 19. §. 1. ad Scm. Trebell. l. 6. §. 1. de V. S. l. 5. pr. C. de LL. Πικρὴς τὸ μὴ πρὸς τὸν λόγον, ἀλλὰ πρὸς τὴν Δέ- νοιαν τῶ νομοθέτη σκαπεῖν æquum est non ad orationem sed ad mentem legislatoris respicere inquit Philosophus i. Rhetor. 13. Exempla vide l. 6. §. 3. de jur. patronat. l. 8. §. 20. de transactio. ibi: ne circumveniat oratio Sin autem certa Legis sententia apparet, verbis illius est standum, & credendum illam ex certâ promulgatam esse ratione l. 12. §. 1 qui & à quib. manum. it; si recepta sit constans Legis interpretatio etiam verbis insisten- dum l. 23. ff. de LL. Causa hujus conclusionis est, quia mens & ratio anima Legis sunt Zas. lib. 1. consil. 1. n. 49. ex Baldo. cui non obstat l. 20. ff. de LL. 2. si verba contra voluntatem proferentis acciperentur, suum trans- gredierentur finem, qui est, ut mentis sensa exprimant & sententiæ lo- quentis inserviant d. l. 13. §. 2. de excusat. tut. Ex primâ hac suâ sponte- fluit II. sc. Leges in jure generali ad similes casus extendi possunt vel prætoriâ jurisdictione suppleri l. 11. 12. 13. ff. de LL. Singuli enim casus & singula negocia Legibus comprehendi non- possunt l. 3. 4. 5. 6. 10. 12. 13. ff. eod. l. 13. de testib. l. 3. l. ult. C. de LL. §. unio. Inst. de legit. patron. tut. Hic igitur opus est Judex tanquam Lex animata observatâ æquitate (de quâ in th 50.) In jure verò singulari sc. de personâ in personâ seu negotio in negotiû ad similes casû nō extenduntur Leges l. 14. 15. 16. 39. ff. de LL. §. 6. Inst. de I. N. G. & C. III. Tota Lex fit perspecta l. 24. ff. de LL. sæpè enim altera pars per alteram explicatur l. 17. pr. de leg. 1. l. 12. §. 46. de instr. vel instr. leg. l. 134. §. 1. de V. O IV. Leges benignius sunt interpretandæ l. 18. 19. ff. de LL. præsertim illæ, quæ pro certorum hominum utilitate sunt introductæ l. 25.

l. 25. eod. l. 6. C. eod. c. quod ob gratiam 61. de R. I. in 6to. Exempla sunt in l. 6. §. ult. de in in-
vegr. rest. l. 3. §. 5. de Carbon. Edic. l. 14. C. de Procur. l. 18. C. de fid. instr. l. 19. C. eod. V. Sin
æquitas contrariatur Legi explicationem difficulter admittenti ad
Principem accedamus l. 1. l. ult. C. de LL. si tamen Lex limitationem aut am-
pliationem recipere potest à Judice, ab hoc per æquitatem explicari potest l. 4. §. 1. ff.
de eo quod cert. loc. dar. op.

49. VI. Conclusio est: Si Leges in se contrariæ videntur, concilian-
dæ sunt aut à Jctis l. 26. 28. ff. de LL aut à Principe l. 1. §. ult. C. eod. nec ulla *ἀντινο-
μία* in Jure Civili concedenda est, nisi apparens Const. Deo autore §. 2. Const. Tanta §. 15.
Sed de Antinomiis, quomodo illæ solvi possint, videantur Duar. ad h. t. c. 10. Schotanus
in Exam. Juridico sub tit. DE INTERPRET. LEGIS. q. 2. Imprimis attendendum est in
Dissolutione, posteriores ad priores Leges trahi & contra, ut quod in unâ deesse videtur
ex alterâ suppleatur l. 26. 27. 28. ff. de LL. nisi contrariæ sint d. l. 28. Prior namq; Lex
per posteriorem contrariam abrogatur l. 4. de Constit. Princip.

50. VII. Conclusio talis sit: In interpretandis Legibus præcipua æquitas
(quæ non scripta est) quàm stricti juris ratio esse debet l. 8. C. d. jud. Per
strictū jus intelligo juris *ἀρχή* seu summum jus, cum Leges severè sine mitigatione
retinentur, etiam cum propter circumstantiam aliquam probabilis ratio erat mitigationis
Phil. Melan. Epit. Phil. Mor. p. m. 104. Per æquitatem autem *ἐπινοήθημα νομίμου δι-
κασίης* Arist. 1. Ethic. 14. seu probabilem mitigationem summi juris in aliquâ circumstantiâ,
præsertim in casu, de quo non principaliter Lex loquitur. Phil. Mel. d. loc. ubi Exempla
addit. De æquitate interim sciendum est, illam nullatenus debere cerebriam & imagi-
nariam esse sed Legibus adjunctam; æquitas enim non adjuncta Legibus curanda non est
Gail. 2. O. 23. n. 26. Didici æquitatem, ait Zaf. lib. 1. conf. 10. n. 35 quæ non est jure scripta,
sed ex motu & affectione animi apparet contra jus scriptum non esse sequendam eleg. text.
inc. ex parte ult. ext. de transact. alioqui nihil esset vel certum vel perpetuum in jure nostro,
quibuslibet causarum statum ad quamlibet imaginatam æquitatem detorquentibus. Quid
enim opus esset, inquit Phil. Mel. d. l. p. m. 109 scribi Leges si Judicibus suâ imaginatione
semper ab eis discedere liceret? Το μὴ κτ' *χάμματα ἀρχεῖν ἀλλ' ἀπογνώμονας ἐπι-
σφαλῆς* Arist. 2. Polit. c. 10. Ex jam dictis igitur nullo decidi potest negotio illa quæstio
An Judex secundum Jus scriptum an secundum æquitatem judicare debeat? De
quâ vid. Baccov. in Treutler. disp. 1. volum. 1. th. 2. lit. B.

51. Superest ut de Consuetudine (à communi assuetudine sic dictâ quia in
communi est usu c. consuetudo 5. dist. 1.) quæ lex est sine scripto constans §. 3. Inst. d. 1.
N. G. & C. §. 9. Inst. eod. l. 6. §. 1. de l. & i. dicamus, Scriptura tamen, si verum fateri
volumus, non est forma specifica, quâ consuetudo à Legibus differt, nisi jus Naturæ &
Gentium quod est Jus non scriptum, nec non Responsa Prudentum quæ etiam sine
scripto veniunt l. 2. §. 5. de Orig. Jur. Consuetudinem dixerimus. Distinguitur autem Con-
suetudo à Legibus in his 1. quod illa tacito consensu recipiatur: hæ expressâ volunta-
te l. 32. §. 1. de LL. 2. Hæ suum obtinent robur simul expresso consensu lata fuerint,

quamvis nondum actus sit secutus: Illa ad minimum duos requirit actus pro jure à populo habitos nec per errorem observatos *l. 39. ff. de LL.* qui vel judiciales vel extrajudiciales esse possunt, tacitus enim populi consensus ceu causa Efficiens Consuetudinis militat æquè in extrajudicialibus atq; in judicialibus actibus. Interim non inficias eo, judiciales actus majorem præ extrajudicialibus consuetudini lucem accendere, præsertim si sint firmati contradicto iudicio *l. 34. ff. de LL.* Quid autem contradictum iudicium sit docet *Duar. ad h. t. c. 11.* Ex hac secundâ differentiâ progreditur tertia sc. Leges citissimè existere possunt: Consuetudo lapsu temporis. Unde Consuetudo longa dicitur *in tit. C. que sit long. consuet. l. 35. ff. de LL. diuturna l. 33. eod. inveterata l. 32. §. 1. eod. diuturni mores §. 9. Inst. de I. N. G. & C.* Certum autem tempus Consuetudini definire vix possumus, quia breviori tempore plures sæpè fieri possunt actus per quos voluntas populi & sic consuetudo probari possit, illud potius arbitrio Iudicis relinquendum est. *argum. l. 1. pr. & §. 1. ff. de jur. delib.*

52. Communis autem cum Lege consuetudini est Rationabilitas *c. consuetudo 5. dist. 1. c. cum tanto 11. extr. de consuetud.* Consuetudo enim lex est *§. Jus Civile Inst. de I. N. G. & C.* Lex autem ratione constat *l. 39. ff. de LL.* Rationabilem autem Consuetudinem illam dico, quæ non vulnerat conscientiam, *d. c. cum tanto.* nec tendit in præjudicium Ecclesiarum *c. Ecclesia sancta Mariae 10. extr. de constitut. Aut. Cassa & irrita C. de SS. Eccl.* nec bono publico & commo privatorum adversatur. Quæ igitur absq; ratione est, dicenda verius corruptela *d. c. cum tanto c. mala consuetudo 3. dist. 8.* & ipso jure nulla *d. Aut. Cassa P. N. D. Carol. V. art. 218* Unde facilè constat quid de brutâ & barbarâ illâ consuetudine in plerisq; serpente locis sentiendum sit, quâ tam navigia rupta nullam piraticam exercentia pravitate, nec Christiano nomini inimica, quam bona in illis auferuntur naufragium passis contra omnem rationem & jus *§. ult. Inst. de ver. div. l. 2. §. ult. l. 8. ad L. Rhod. de jact. l. 7. de incend. ruin. naufr. Aut. Navigia C. de furt. l. 1. C. de naufr. P. N. D. d. art. 218.* Nec obstat *l. 43. §. 11. ff. de furt.* Cæterùm illam Consuetudinem quæ æquitatem Civilem tantùm offendit, valere affirmant *Dd. vid. Bacch. in τὴ πρῶτῃ* sub tit: DE CONSVETUD. ET JUR. NON SCRIPTO n. 4. Est autem æquitas civilis probabilis quædam ratio, non omnibus hominibus naturaliter cognita, sed paucis tantùm, qui Prudentiâ Usu & Doctrinâ Præditi didicerunt, quæ ad societatis humanæ conservationem sunt necessaria *Duar. ad tit. de pact.*


53. Effectus Consuetudinis sunt 1. Robur legis obtinere *l. 32. 33. 35. ff. de LL. l. 1. l. 3. C. que sit long. consv.* Hinc Consuetudo legem dubiam interpretatur *l. 37. ff. de LL. l. 23. eod. 2.* Derogare legi, & Legem abrogare, si quid contrariû Legi in consuetudine observetur. Nam quid interest suffragio populus voluntatem suam declarat an rebus ipsis & factis? *l. 32. §. 1. de LL.* Nec obstat *l. 2. que sit long. consv.* Conciliatio illarû Legum apud diversos diversa videri potest. 3 Firmare Legē *c. in istis 3 dist. 4. ὁ νόμος ὁ ἴσχυον ἐδεμίαν ἐχρῆσθαι τὸ πείθεσθαι πλὴν ὧν τὸ ἐστὶν i. e. Lex nullâ vim habet ut ipsi pareatur nisi ex consuetudine Arist. 2 Pol. 8.* Sed ulterius in præsentia in hac ut amplissimâ itâ nobilissimâ materiâ progredi prohibeor; Desino igitur in SS TRINITATIS, in cujus nomine cœpi; ILLI SIT LAUS ET GLORIA IN SECULORUM SECULA!

SC



Um pa
Et Ma
Ridem
Ut alta
PAX:
LEX:)

Securitatē a
Veri atq; ju
Morumq; C
Quodcuq;
Si norma L
Et Civitates
Onisane ca



42

I
;
i.
s;
f.
P.
ab:
vit

SCAZON



Um paxrefulget (plauditote Germani)
 Et Martis iras, horidamq; Bellonam
 Ridemus aureosq; ducimus Soles:
 Ut alta præstet Imperi decus tutum
 PAX: justus esto juris hostibus terror
 LEX: lex saluti civitatis inventa
 Securitatis arx: Ministra poenarum:
 Veri atq; juris, æquitatis Orâclum:
 Morumq; Custes: quicquid Indus *Eoâ*
 Quodcuq; mittit *Peruvina, Florida*
 Sinorma LEGIS absit, haut habent pondus,
 Et Civitates sunt theatra Latronum.
 Quisquis sacratis LEGIBUS rebellabis
 Plagisq;, tortilibusve vincies causis
 Non ULPIANUS, Mysta non es Astrææ:
 Sed Vultur, Argus, Sphinx togatus infidus.
 Sed hoc Cathedra *te sonante* clamabit
 LEGUM Camille, nota cujus est annis
 Tribus ROSAE & LUNAE eruditio & virtus:
 Ex quo recepit in sacrarium BALDUS
 Quantum æquo iniquo distet, & probum injusto
 Quid causa causæ præstet, hîc es expertus.
 Testor *Rodantem* testor & meam *Lunam*
 Voluisse scripta *Romuli* atq; Grajorum:
 Quid maximi Sapientiæ inde Consulti
Codex, Novella, Juris atq; Pandectæ
 Docent, die atq; nocte sedulus, summis
 Quorum sub ipsum fama se levat cœlum
 Tractasse, Juris explicata Consultis.
 Quodcuq; luxus obtulit removisti
Musis amicus *Legibusq;* scrutator.
 Felicitas ut porrò sic tuaa ugescat
 Tu mactæ pectus consecrato *Digestis*
 Rebusq; agendis præpara: redonabit
 Attisq; Romalisq; maxumè Astræa
 Summos honores pileumq; DOCTORIS.
 Si LEGIBUS toto stet orbe *Majestas*
 Infracta toto stabit orbe Libertas
 Et SAXONUM gens læta pace florebit.
 Revello signa: stat triumphus in campo,
 LEGIS triumphus: Baltis ipseus applaudit.


*Honori & amori erga Eximium Dn. Respondentem, LL.
 Studiosum solertissimum, Affinem meum singula-
 riter dilectum, & per triennium ferè quoddiarium
 & Domesticum meum charissimum, unâ cum vitæ
 præclarè apud nos actæ testimonio, & felicium in-
 studiû processuum voto, quod debui L. M. Q.*

Augustus Varenius, SS Theol. & Phil. D.
 & Prof. Publ.

Universitäts-
Bibliothek
Rostock

quamvis non
pulo habitos
diciales esse
militat & que
judiciales ad
rim si sint fir
cium sit doc
ges citissimi
dicitur *in tit.*
1. eod. diatur
definire vix p
voluntas po
quendum est
52. Con
dist. 1. c. cum
1. N. G. & C.
dinem illam
dicium Eccl
de SS. Eccl. n
ratione est, di
jure nulla d.
barbarâ illâ c
pta nullam p
na in illis au
div. l. 2. §. ult
l. 1. C. de nau
suetudinem
τὸ πρῶτον sul
quitas civilis
sed paucista
humanae con
53. Effect
que sit long. e
2. Derogare l
Nam quid in
l. 32 § 1. de LL.
diversa videri
τὸ δεύτερον d
tudine *Arist.*
riâ progredi p

LAUS ET GLORIA IN SECULORUM SECULA!



Ad Dn. ERNESTUM CREGELIUM
de Legibus disputantem,

DUm Legum causas, CREGELI candide,
tractas,
Promittunt Leges præmia magna tibi.
Qui legis hæc, reputa; quod serves undiq; Leges;
Si fugienda fugis, si facienda facis.
Ast ut, CREGELI, te lex tueatur & ornet,
Ornata leges atq; tuere bonas,
Utq; diu placeas Themidos cultoribus æquis,
Ipsa tibi placeat, juris amica, Themis,

scrib.

Henricus Rabue / J. D. & Prof.

Missus es in nostras Themidis ædificaturus Athenas
Quodque tui nostri muneri esse, facis,
Sic porro facias, magnumque merebere nomen,
Quale vel Affinis vel Pater amplius habet.

Andreas Tscherningius, P. P.

Quamnam sit legum Vigor, & quæ vivida virtus
Inquiris doctè; præmia digna feres
Quæ legum tradit cultori Justinianus,
Annuat & legum Causa remota, DEUS!

Daniel Conradi, Ultzâ Lunab:
D
Crevis

CRevit inexhausta male sana licentia culpa,
Improbitasq; suum vicerat ipsa scelus:
Nec mora. Facunda surgunt de crimine leges;
Conveniunt numero pana nefasq; pari.
Hic aequi mensura stetit. Tu, dulcis Amice,
Legiferam Docto protegis ore Deam.
Plaudimus, ipsa tuis victrix Astraea capillis
Imponet dignum, laureaserta, decus.

Ita arctissimum necessitudinis vinculum & benevolam
affectum it testatum suo CREGELIO

Gotthard Heinrich von Brobergen,

Nur hören vnd gesicht
Kein Meister ja geschicht/
Das feder leichte pralen
Giebt keine kunst zu mahlen
Nimpt man den pinsell nicht.

2.

Nicht der Musqueten plitz
Das knallen der geschütz
Den held zu selde machen:
Greiffte er nicht selbst zur sachen
So wird er wenig nütz.

3.

Gelahrt der Bücherzahl
Nicht machet alle mahl:

Vnd

41
Vnd sich nicht lassen weisen/
Die thaten lassen greisen/
Das stehet leiden-fahl.

4.
Mein Geregell/dein Gemühe
Trägt viel ein ander blüht
Es ist desselben Tugend
Vnd ausgezeihrete jugend
Vmb übung nur bemüht.

5.
Mir dünckt Ich sehe schon
Du wehrter Muses Sohn
Wen du erst kömst zu Jahren
Wie du denn wirst erfahren
Was übung bringt für lohn.

Johann Otto Kave von Brobergen.

TRuncatum si perlustremus lumine corpus,
Non caput officium faciunt, non crura pe-
desq;

Non manus & digiti, ducuntur torporis actu.
Quid multis? alijs in totô pectore nulla
Vis ac Virtus est membris vel cernitur unquam,
Si quæras causam? non res indaginis altæ;
Abs animâ solâ (reor) hæc operatio pendet;
Non aliud Leges faciunt, si condita jura

Species

Spectes: hæ quocunq; vigent, ibi vivida membra
Imperij, hîc Dominus, servus sua munia tractant:
Sunt ergo *Leges*, per quas componitur Orbis,
Pars ducis & plebis princeps, *anima* est ut in imô
Corpore, cûi separans animam, vitam simul
aufers;

Legibus exemptis, stat Regnum exangue, ma-
netq;

His primùm invigilas, animum firmasq; CRE-
GELI.


Hiscetuis ausis faveat Deus altus ab altô !

*Ita Eximio ac Literatissimo Dn. CREGELIO,
Amico, Fautori Populariq; suo perquam
dilecto vovet ex animô*

Hermannus Dralle,
Ulczâ-Lunæb.







quando quis obscuro loco natus, fraudu-
 tatione, nobili alicui familiae se infere-
 re, sub titulo cognationis ab aliis, vel ejus-
 dem familiae, nobilibus pecuniam, vel aliud
 dicit, vel alio modo eosdem fallat.
 Anno 1615. vagabundus quidam homo con-
 suetudinem Phocam, Palatinum Constanti-
 nopolitani occupans, & ex familia illustri Graecorum
 se jactans, ad jumentum intercessionum, quas
 impetraverat, in plurimorum prin-
 cipalium, & civitatibus ingentem pecuniam
 & emendicavit; cui postea, ob delicti
 poenam dictaverunt Scabini Lipsien-
 ses anno 1629. Mens. Martio foeminae cui-
 dam, ex nobili familia se natam & bonis
 mutato nomine a Nobilibus pecuni-
 am poenam temporalis relegationis in-
 ferunt. *Carpzov. prax. criminal. part. 2.*
sequenti num. 41. adducit exem-
plum assumpto nomine Advocati cujus-
dam publicè jactaverat, quem postea
judicium Senatus virgis coedi, & exilio
condemnavit & huc exempla relata à Valer.

XVI.

us est, quando quis, personam suam pla-
 nentem suam mutat, & se pro alio suppo-
 nit, ut apud Historicos aliosque scripto-
 rum inter quae notissimum est illud Plau-
 tum in forma Amphitruonis, adversus
 nocte quadam, velut è bello rever-
 sus concubuit. Plura vide apud *Johannem*

B 3

Cor. 4

